REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 79r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

com misisti lacrimis ablue ploratu scelera dilui solent; HOMO

Heu mihi infelix anima mea intantis peccatis intantis criminib; intam multis iniquitatib; quid primum plorē quid primum plangam quid luctum faciam priusquā lacrimas sumam. Non sufficit referre memoria tantorum criminum gesta. Peccata quoq; mea mihi sensum doloris tulerunt. frbitudine cordis coagulatę sunt lacrimę mę. Obriguit animus nullo merore conpungitur. Animē mea instuporē conuersa est insensata facta est. O lacrimę ubi uos sub duxistis vbi estis fontes lacrimarum vbi estis meroris undę vbi estis lamenta. Redite obsecro mouemini fontes lacrimarum aspargite me fletib; fluite super faciem meam; Humectate maxillas meas genas meas irrigate date mihi planctum amarum; Inter omnes enī grauius corrui omnium impiorum pęnas scelere meo uici; Tartari tormenta uix malis meis sufficiunt. Non est peccatum sup peccatum meum non est iniquitas sup iniquitatē meam; Nequiorē me cunctis peccatorib; penso conparatione mea nullus iniquus est; Iustę pęnas debitę infelicitatis exsoluo iustę tantis supplicis conteror ex meo peccato mala mihi oma uenerunt. Ds iusta in me infligit iusto iudicio reperditur factis meis congrua uicissitudo minus tamen retribuitur mihi quam ipse deliqui; Peccatorum meorum minor uicissitudo reperdit plagę mę culpa mea durior inuenitur leuior est peccato meo pęna damnationis mę; Grauius est quod admisi leuius est quod tolero; Grauior est culpa quam feci minor uindicta quam perfero; Penso malum qd gessi non est tantum qd patior leuior est plaga mea pondere peccatorum meorum; Aliud est prorsus aliud quod amplius me affligit qūd me magis contristat quod me magis conturbat quod me magis terrificat cuius simile malum nullius est cuius incomparabilis omnis pęna est quod omnib; supplicis ante fertur quod ante cellit cuncta tormenta quod exsuperat oma mala; RATIO

Heu anima quid est quod multum metuis quid est quod te magis corripit quid est qd amplius ad męstitiam te impellit quid amplius reformidas quid amplius metuis. HOMO Metuo die iudicii metuo die tenebrarum die amarum die durum. Perpendo quidē malum qd tolero sed amplius qd restat formido. Lugeo quod inhac uita